

**3762** Fatis | Dervonibus | v. s. l. m. M. Rufinius | Severus.

*Calvasesii in agro Brixiano; nunc Brixiae (V 4208 vidit Mommsen). — Comi nuper prodiit titulus dicatus [F]atis . . . ixibus (Pais n. 739).*

**3763** (*tres mulieres sedentes*) Fatis Tenati[s]<sup>1</sup> | [T]rio Diaspr . . . | [et] Tenatia | . . . dido . . . (*reliqua legi non potuerunt*).

*Steinamanger (III S. 40907 vidit Domaszewski; aliter Kubitschek arch. ep. Mitth. aus Oesterr. 46, 1893 p. 29). — 1) Intellege Fata familiae Tenatorum (Dom.) (sed fortasse rectius cum Kub. Tenati[a] legendum et deinde Rhodias).*

**3764** dis deab. | fatalibus | conserv.<sup>1</sup> V[et]tius Secundus memor.

*Prope Bellunum rep. a. 1870 (V 8802 descr. Franc. Pellegrini). — 1) Conservatoribus.*

**3765** Parcisi | L. Valerius Hybr[ida] | v. s. l. m.

*Nemausi (XII 3444 partem vidit Seguiet).*

*Titulos Parcisi dedicatos non inveniri fere nisi in solo olim Gallico notaverunt Zangemeister (cf. ad N. 3766) et Ihm ann. Rhen. 83, 1887 p. 67. 180; Parcarum nomine numina quaedam Gallica intellegenda esse videntur.*

**3766** deabus | Parcisi | [C]aesoni[u]s Liberalis [v]et.

*Wies-Oppenheim prope Wormatiam rep. (Korrespondenzbl. d. westd. Zeitschr. 2, 1883 p. 42 Zangemeister vidit ectypum).*

**3767** Parcisi Aug. | P. Falerius | Trophimus<sup>1</sup> | ornamentis | decurionalibus.

*Villae novae inter Veronam et Vicetiam, nunc Veronae (V 5282 vidit Mommsen). — 1) Idem Silvano posuit titulum supra N. 3564. (In fine tituli nonnulla adiecta videntur esse manu recenti.) — Praeter hunc Veronae exlat titulus Parcisi Augusti positus V 3281.*

**3768** Parcisi deabus et numinibus Aug. | C. Antistius | Frontinus | curator ter | ar. d. s. d.<sup>1</sup>

*Lindi (Lincoln) Britanniae (Eph. ep. 7, 916 vidit Haverfield). — 1) Curator ter (tertium) aram de suo dedicavit.*

**3769** Decidia Egloge | aram Parcibus | et Bonae deae | phialam arg. p. I S<sup>1</sup> | dono dedit.

*Aquileiae (V 8242 descr. Majonica). — 1) Intellege: phialam argenteam pondo librae unius et dimidia et unciae.*

**3770** . . . . . | C. Maius N. f.<sup>1</sup>, | M. Vibius M. f. Ru., | L. Pomponi L. f. F., | L. Olienus L. f. . . | [He]isc. mag.<sup>2</sup> Spei Fidei Fortunae mur[um] | faciundu coiravere, M. Minu[cio] | S. Postumio cos.<sup>3</sup>

*Capuae (X 3773 vidit Mommsen). — 1) Aliorum nominum quae praecesserunt reliquias plus minus certas omisi. Videntur autem fuisse nomina magistrorum duodecim, ingenuorum omnia, ut supra N. 3183. 3544. — 2) Cf. N. 3183 not. 1. — 3) A. u. c. 644.*

**3771** Spei | Teucus | Mulvio | don. d.

*Genzani inter Ariciam et Lanuvium (XIV 2158 servavit Fabrettius). Prisciae aetatis esse (dummodo recte excepta sit) putat Mommsen.*